




Heri
commissis
edictum
Francis Casim
Comiti Pa
cini etc. La
p. u. contra
therant
ridlingde
1555







VBERTI CLARII
PARAPHRASIS IN
EDICTVM ILLVSTRISSIMI DO-
MINI, IOANNIS CASIMIRI, COMITIS
Palatini, &c. Tutoris & Electoralis
Palatinatus administratoris,
&c. &c.

Latum contra Lutheranos
falsò accusantes, & condemnantes
suos Ministros Calui-
nianos.



Fridlingæ apud Athanasium Taub.

Anno CHRISTI.

M. D. LXXXV.

17. 5. 17

VERBERTI CLARII

11. *Myrica maritima* L.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

10-11-1911

1890

OS LOANERS CALLERS OF THE CONGRESS

1841

THE UNIVERSITY OF CHICAGO



1875

14104

[Faint, illegible handwritten text]

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

V BERT I CLARII

Paraphrasis in Edictum Il-

LYSTRISSIMI DOMINI JOANNIS
Casimiri, &c.

*Dicata VVirtembergensibus, Geneuensibus, & Arianis,
eorum proli.*

N O S Ioannes Casimirus, Dei gratia Comes
Palatinus Rheni, tutor Electoralis, Comita-
tus Palatinatus Administrator, Dux Bava-
rix, &c. significamus nostris, &c. nos,

A nō sine graui admodū A
solicitudine, ab hominibus
fide dignis accepisse intel-
lexisseq; superiori in Ger-
mania, tam in Cathedris
quā scholis summo om-
nium offendiculo, impijs
conuitijs, opprobrijs, ma-
ledictis, & condemnationi-
bus indubitanter asse-
rere, nos, nostrosq; Eccle-
siæ Ministros, fide tenere,
ac docere Christi corpus ac
sanguinē nō esse verē in Sa-
cramento, sed panē ac vi-
num solūmodo, nosq; reli-
cō nucleo paleas vorare,
stis, cū à Lutheranis capite plecterentur ex uobis pleriq; quorum neces
nunc ulciscimur.

Sed hoc Dei iudicium est, vindicat enim Deus inimicos suos, de inimicis

Q VANTO rectius, o
Lutherani, uestris
rebus cōsulissetis,
si edictis Caroli V.
Dei Augustissimæ me-
moræ, & Serenissimorum aliorum
Imperatorum tam ueterum, quā
recentium fuisset obtemperatum,
quā ut nunc priuati unius Princi-
pis edicto, ab ijs, qui ex Lutherana
hæresi prognati, degenerarunt in
Caluinismum, tam turpiter eiicere-
mini. Et quidem eiiceremini ex uno
Electoratu, sine ulla clementissimi
Imperatoris Rodulphi facultate.

Quanto sanius item uos Calui-
niani saluberrimis illorum Impera-
torum edictis corda supposuissetis,
quā cum in reliquis Electoratus
secularibus carnifici colla subieci-

*Libertas Euange-
lica.*

*Concordia Luth-
ranorum & Cal-
uinianorum.*

suis, paulo post reliquias uestras isthinc exacturus per Anabaptistas, per Arianos, per reliquas pestes, ut alibi factum est, sitq; continenter.

B nudaq; signa longè **B**

longè absentis CHRISTI corporis suscipere, ac proinde eundem mendacij arguere, illiusq; deuastare testamentum, ac cum Christus dicat: Accipite, hoc est corpus meum, &c. dicere, nos non corpus Christi, sed signa sui corporis solummodo suscipere, spoliantes eius maiestatem omnipotentiam, magnificentiamq; atq; ita impotentem ex eo hominem facere, vtpotè quem cœlo aut alio certo loco contineri volumus, ideoq; nostram nostrorumq; Ecclesiæ Ministrorum doctrinā Arianae persimilem esse, præterea duos nos Christos constituere, alterum qui verus Deus & homo, ac in cœlis solum, alterum verò, q tantū Deus, simul tamen super terrā, ac vbiq; locorum sit & contineatur.

C Extant modo Catechismi tēpore parentis nostri editi, & insuper scripta Theologorum, in quibus

Cernitis igitur tandem quantò iustius Catholici uestras sectas ex uerbo Dei expresso refutarint, cum uos, ô Calumniani, nuda signa & Metaphoricum illum, ac plus quàm amarum corticem, relicta ueritatis medulla, tam diu arrosistis: Vos uerò, ô Lutherani, uobis ipsis, & simplicibus populis imposuistis, qui Lutherani panem pro Christo uel traididistis, uel sumpistis. Vos, inquam, qui sine Sacerdotio nihil conficitis, qui ut modò consubstantiationem nescio quam, modò ubiquitatem commiscentes, neq; in cœlis ad dexteram Patris, neq; in terris in Eucharistia, Christum iam creditis. Pergite igitur alacres, & aut Arianas istas, ac Nestorianas, atq; Eutychianas labe ab inferis reuocantes, expeccate quod illis omnibus contigit, ruinam, dedecus, damnum æternum: aut certè (quod saluberrimum fuerit) respicite, Christum Iesum, & in cœlis, & in Eucharistia in terris adorete, quem in præsepio Magi, cruci suffixum Magdalena, rectissime in uenerabili Sacramento adorauit semper Ecclesiæ: Quæ tamen una pro idololatria, ac pro istis heresibus depellendis sanguinem in Indijs, in Anglia, ubiq; imperterrita sine ullis armis aut seditionibus profundit.

C Quanto rectius aui tui, & proauorum tuorum, Casimire Illustrissime, Catechismos euoluisses: Quàtò inquam rectius, ac pro Imperij Christi

Commenta
Lutherani

ea dogmata non sanè inue-
niuntur, quæ passim hinc
inde sparguntur, quemad-
modū etiā certò scimus nec
parètes, nec Theologos har-
um doctrinarum & dog-
matum authores extitisse.

nam, libros, & doctrinam abijcitis? Quòd si credis, Casimire, (quemadmo-
dum asseris) certò te scire, nec parentes, nec Theologos (id est Ministros)
tuos harum doctrinarum, & dogmatum quæ uobis Lutherani haud imme-
ritò adscribunt, auctores extitisse, cur, optime Deus, incertissima, quæ in
singulos menses mutantur, amplecteris, ea uerò quæ certissima sunt, atq; in
orientis, & occidentis Ecclesia perpetuò steterunt inuicta, non admittis?

D Quātū ad nostrā attinet **D** personā, ex corde taliū do-
ctrinam horremus, nostris
quoq; Concionatoribus ta-
lia ut prædicarent non per-
mitteremus. siquidem & apud illos, non minus quàm
apud nos talem doctrinam erroneam, impiam & damna-
bilem est inuenire, quippè qui eosdem planè fidei articu-
los, quos nos, profitentur, uidelicet in E venerabili
Sacramento Deum ac Do-
minum nostrū nō solum
panem & vinū, non nuda
signa, multò minus paleas,
sed etiā verū corpus ac pre-
tiosum pro nobis effusum
sanguinē secundum ipsius
rati facitis, qui cum Christum esse in Eucharistia uideri uultis credere, ei ta-
men adorationem impiè subtrahitis. Quāto igitur rectius Catholici ex uer-
bo Dei uenerantur, & colunt sanctissimum Christi Corpus, à quo nunquam
abest Diuinitas, ad quam præcipue refertur adoratio? Quāto, inquam, sa-

Christiani dignitate Theologorum
illorum, qui prioribus quatuor Sy-
nodis interfuerunt scripta perlegis-
ses, quàm, ut Caluimianas blasphemias iterum isthuc irrepere curares?
ij enim Symbola, normamq; fidei,
Christiano orbi proposuerunt, quæ
uos si admittitis, cur illorum doctrina

nam, unde autem scis erroneam,
impiam, & damnabilem esse, nisi
quoniam Ecclesia Catholica istas
omnes hæreses & uestras, & Lu-
theranas, & Arianas damnauit, &
damnat, atq; damnabit in eternum.

E Itanè uerò tandem uenerabile
dicitis Sacramentum, quod Calui-
nus uester idolum uocauit, quod ca-
nibus uorandum tradidistis, quem-
admodum Ariani quoq; & Dona-
tistæ faciebant, quod Manichæi ce-
rerem & Bacchum impiè nomina-
bant? Quod quidem & uos Luthe-
rani facitis, qui cum Christum esse in Eucharistia uideri uultis credere, ei ta-
men adorationem impiè subtrahitis. Quāto igitur rectius Catholici ex uer-
bo Dei uenerantur, & colunt sanctissimum Christi Corpus, à quo nunquam
abest Diuinitas, ad quam præcipue refertur adoratio? Quāto, inquam, sa-

Caluimiani suos
Ministros sanctis
Patribus inepte
& impie antepo-
nunt.

Prothei fides.

Cum Ecclesia cre-
dunt quæ uolunt,
quæ nolunt repu-
diant.

Optatus lib. II.
contra Parmen.
Si uenerabile Sa-
cramentum cur
non ueneratis?
Caluimiani imi-
tantur Arianos,
Donatistas Ma-
nichæos.

pietius uerba uite eterne ex ore Christi Domini profecta esse credunt, qui propterea neq; ad uos, o Capharnaite Caluiniani, neq; ad uos, o Impanati Lutherani accedunt: a quibus omnibus & uia, & ueritas abest, quoniam abest & uita.

Promissionē: Accipite & comedite, &c. verē in cibū animæ nostræ dare ac porrigere, eoq; nos reficere nō ob hanc fluxam & caducā, sed ob sempiternam vitā, ad quam ipse & creauit & vocauit nos, & quod nos etiam per Sacramenti acceptionem, & communio- nem corporis ac sanguinis Christi, secundum doctrinam D. Apostoli Pauli, carnem de sua carne, ossa de suis ossibus, uirtute & operatione S. spiritus uera membra corporis sui, ac cum eo ueluti capite & liberatore nostro, uero Deo & homine, uniamur & cōiungamur.

Credunt quoq; ac docent, unum solū Christum, non duos esse, nempe lesū Christum, uerum Deum, & hominem in una indiuisa persona, qui est nostrorum omnium caput noster seruator, noster re-

F Docuissent te rectius Ministri tui, si non fallaciter promissionem pro exhibitione, & porrectione dixissent. Quenam enim promissio tibi uidetur ijs uerbis contineri, Accipite, & comedite? Reals & uerissima corporis exhibitio ista est, quæ non solum datur in cibum animæ nostræ, uerū etiam uiuificandi ac resurgendi uim corporibus nostris tribuit: Quemadmodum sanē Diuina sua doctrina Christus & Apostoli, reliqui uerō antiquissimi martyres Iustinus, & Irenæus etiam ^{Lege Epistā x. S. Cyril. ad Nestor,} sanguine tradiderunt: Ac proinde Ephesinum Concilium uiuificatricem Christi carnem in Eucharistia confessum est.

Ceterum, quæ solita calliditate tui suggererunt, de esu ad sempiternam uitam, de uirtute, & operatione sancti Spiritus, de unione ^{Fraus Caluin,} cum capite Christo, ut os ex ossibus Christi simus, eo spectant, ut Genouenses imposturæ aliquo fuso contegantur: quas quidem & in Poissico conuentu, & sæpe in Germanicis conuenticulis uestris obtrudere, cum uos, o Lutherani, inescabant, ut in lacu Lemano potius piscaremīni, quā in uestris syluis ferale istos errores uenaremīni. Quin tu uerō, quin item Caluiniani reliqui, quin ipsi deniq; Lutherani, si Christo creditis (quod cerē non facitis) si Euangelium

demptor, liberator, & Saluator, altera in Deitate persona, & quod idem Christus omnipotens, omnium rerū sciens, & noster Emmanuel, hoc est, Deus nobiscū sit. Et licet ipsi scriptura & symbolis, diuinam & humanam naturam, sic creatorem & creaturam distinguant, & singulis quod suum est, tribuant, tamen

¶ personā minimē separāt, nec duos Christos constituunt, sed credunt ac docent, hunc eundem vnicū Christum, indiuisum ubiq; esse, omnipotentem, omnia scientem, & qui omne id præstare potest, ac vult, quod ipsemet nobis in verbis suis, & Sacramētis promisit ac pollicitus est, super quam omnipotentiam maiores nostri nobiscū cōstanter credunt, nos non simplici pane & vino, verumetiam vero crucifixo corpore ac effuso sanguine, lesu Christi inuoluit, tres hypostases sanctissimæ Trinitatis in unam tantum, nouus Sabellianus cōegit. Et hec quidem ad eternam utriusq; uestre sectæ infamiam & notam.

¶ Sacramento venerando H
pasci ac refici, ppter eaq; illi nec credant nec docent

gelium habetis (quod profectō non possidetis) iisdem uerbis non utimur, quibus Christus usus est: & uerō Apostolica fide innixi, non docetis, Christi corpus esse in Eucharistia illud ipsum, quod sedet ad dexteram Patris uisibile, in Eucharistia inuisibile?

G Et hic latet anguis in herba. Quorsum enim de personæ separatione hic agitur, nisi ut fucus fiat insidias Satanae haud facile noscens tibus? Quasi uerō de diuisione personæ, & hypostaseos quidquā agatur, siue hic in terris, siue in cælo, siue utrobiq; suo modo (sed tamen uerissimo utroq;) Christus in Eucharistia sit? & sanē non ignoramus, Bezam duas personas in Christo fecisse, qui cū Castalionem eo libro dicaciter subsannasset, quem Sycomphantam inscripsit, ac se ab erroribus aduersus personas sanctissimæ Trinitatis alienum ostendere uoluisset, tantō magis isto impietatis laqueo uos, ô Calviniani implicuit. Non secus ac contrā de uobis, ô Lutherani, fecerunt Tubingenses, & VVirtēbergenses, inter quos Schegkii, qui dum Calvinistas corrigere Trinitatis in unam tantum, nouus Sabellianus cōegit. Et hec quidem ad eternam utriusq; uestre sectæ infamiam & notam.

Et iterum, inquis, super omnipotentia Christi constanter à tuis Calvinianis credi, non simplici uos pane

Christum certo aliquo loco
coelo verbi gratia contineri:
sed licet, ex fide Christiana,
& scriptis Bibliorum,
secundum suam humanitatem
caelos conscenderit,
& terram deseruerit, tamen
nihilosecius credunt ac profitentur
eum sine ulla personarum
diuisione in terris cum
Ecclesia esse, illudque
omne nobis prestare quod
promisit & pollicitus est.
In huius rei signum & credulitatem,
omnibus has, & alios nostrae fidei
articulos legendos proponimus,
nihil nisi veritatem continentes,
&c. Verum enim verò,
cum ex hac enumeratione
manifestum euadat, nos non
solum Ecclesiae Ministrorum,
falso superioris allatae doctrinae
accusari, quod ne fiat Deus etiam
ipse grauius prohibet, ex nostro
officio, & administratione,
tales

I calumnias, conuicia,
contemptus, & condemnationes
purae, & minime falsae.

pane & uino, uerumetiam uero
crucifixo corpore, ac effuso sanguine
Iesu Christi in Sacramento uenerando
pasci ac refici. Amabo (igitur)
dicant isti, qui tibi istud dictauerunt
edictum, an putent, qui hominibus
uolunt imponere, mentiri sese
posse Spiritui sancto? Nam si (uti
postea soletis exponere) fide tantum
& cogitatione euecti super caelos
spiritualiter (inquam) tantummodo
pasci uos, & refici existimatis (id
quod sine Sacramento item soli Catholici
ad salutem efficere possunt) sanè
clarissime ostenditis, uos reuera
nihil realis corporis Christi praesentiae
in Eucharistia credere, nec adeo
Christum praesentem sumere.

Quod uero rursus uenerandum
Sacramentum uocas, memineris,
Castigare, Herodem ab usum scribarum
declaratione, ut tu Calviniano ^{Manifestudo}
Ministrorum impulsu, dixisse ^{Caluin. &}
Magis Christi cultoribus, cum inuenieritis,
(Christum) renunciate mihi, ut & ego
ueniens adorem eum. Egregiam uero
uos Calviniani, & uos Lutherani
uenerabili Sacramento, uosque
Ariani ipsi Christo Dei filio
uenerationem in Gallijs, in Germania,
in Polonia, in Ungaria adhibuistis,
qui Dei filium rite colentium Catholicorum,
ut Herodes innocentium sanguinem,
hoc uno nomine tam auidè profudistis,
ac profundere non cessatis.

I Videtis iam, ô Lutherani, rursus
uos à Calvinianis accusari tanquam
calumniatores, conuiciatores, contemptores,
condemnatores purae, & minime falsae

se doctrinæ, tollere ac gra-
uiter punire teneor, ne ma-
iora mala eueniant, homi-
nemq; simpliciore in in-
tricationem & confusio-
nem deducant. Quapropter

sapere uiderentur. Itane uerò? tam citò suo se iudicio produnt? sane ergo sub
male securo Segurij legatione, cernitis quid latebat. Ite igitur posthac, &
sincerissimam Ecclesiæ Catholicæ amicitiam, qua una ut cælestis hereditas,
sic Imperio suum decus, nobilitati uerò Sacerdotia & Episcopatus steterunt:
& cui Imperio non semel per eandem unam Catholicam Ecclesiam à ceruic-
ibus Turcicum iugum excussum est, tam temere postponite Caluinianis in-
sidijs, ut deniq; ijdem Caluiniani sceminam aliquam uobis pro legitimo Pon-
tificæ aut Imperatore præficient, uel eiectionis legitimis Principibus nouos ex-
tra ordinem ordines, (ut Genæ, atq; in Belgio factum est) constituant.

L mandamus seriò & vo-
lumus singulis, cuiuscunq;
status sint, præcipue tamen

iubeo, sit pro ratione uoluntas. Et miramini igitur uos, quicunq; estis, dici
& Catholicis, partium esse Pontificis Maximi, ad quem illud pertinet, Pasce
oues meas: Confirma fratres tuos: Quodcunq; ligaueris super terram, erit
ligatum & in cælo, ea quæ ad religionem attinent, ut curet. Neq; uerò mi-
ramini, si Casimirus, quasi iam tandem ei dictum sit, tibi dabo clauis Regni
cælorum, mandet seriò ac uelit, ut singuli cuiuscunq; status fuerint, pro puro
Dei uerbo sensa Caluini recipiant: sin respuant, eijciantur & utrosq; uerò
& Caluinianos & Lutheranos, uerè impuros: & adeò natiua Satanae gera-
mina, Christi autem Iesu Euangelij calumniatores, conuitatores, contem-
ptores, ac (quod in uobis est) condemnatores.

M scholasticis in scholis, &
Ecclesiæ Ministris in
Cathedris, alijsq; omnibus
ut talibus conuicijs, contem-
ptionibus, & condemnati-
onibus planè abstineant,

minimè falsæ (si Deo placet) id est, Caluinianæ doctrinæ? Vos igitur
de uobis sententiam tulistis. At Cal-
uiniani superiore ætate cum lega-
tiones per Germaniam de sedere
uobiscum sanciendo misissent, Lu-
therum & confessionem Augustan-
nam adeò extollebant, nihil ut aliud

L Satis pro imperio, sine Imperio
Casimire, scilicet, unusquisq; Calui-
nianus, singuli quoq; Lutherani,
fidenter illud iactent, sic uolo, sic

Ioan. xxi
Norent hæretici.
Luc. xxi.
Matth. xxi

M At quomodo stabit libertas reli-
gionis in Imperio, quam tantopere
urgetis, cum ubilibet uestras heræ-
ses insinuare præsumitis? Et quo-
nam modo in scholis, & alibi con-
stabit suæ conscientia libertas, pro-
qua Caluiniani contra Regia capita,
barbare,

sua quicq munia exequens
tes, nostrorum præcepto-
rum & doctorum nomina ne contemptui habeant, suos
vt priuatos affectus & opiniones seponant, & verbum
Dei purum minimeq; falsum, sine conuictijs, verbis mu-
tuo se proscindentibus prædicent, vnus alterum syn-
cero animo pro

N fratre & membro vni-
us corporis Christi agnos-
cat & complectatur, vt
Biblia sacra fideliter expli-
cet, auditores suos ad ho-
norem, timorem, & amo-
rem Dei & proximi

O cohortetur, & quantū
ad se, sua vita sancta & ir-
reprehensibili ac exemplo
bono sic præluceant, vt
omnibus bono exem-
plo sint, obsint verò
nemini, cogitent insuper
permagni referre, suos vt
auditores, qui Christiani
& esse & dici volunt, eò per
admonitionem, obsecratio-
nes, vt deueniant, quò sua
in vocatione, quemadmo-
dum Christianos decet piè
& sine reprehensione vi-
uant, vitam corrigant &
emendant,
efficacem, & ipsissimum peccatorum esse auctorem, & unum ad facinora
quaq; impulsorem Deum.

barbare, & immaniter ense tam
sepe strinxerunt?

Quidni uerò habendus sit pro
fratre, & membro unius corporis
Christi ille, cum quo nec fide, nec
iam natura, & patria uultis quic-
quam habere commercij? Sed agite,
de fidei rebus primò conuenite inter
uos. Id quod nempe fiet ad Kalen-
das Græcas, nisi ad Catholicam, una
de existis Ecclesiam utriq; redieritis.

Hoc uerò efficere nequit, cum Lu-
therani primò negauerint liberum
arbitrium, deinde etiam si quadano-
tenus ciuilibus operibus præstandis
(nempe ne tribunalia Principum
aduersus se irritarent spretò interim
tribunali Diuino) illud attribuerint,
persistere tamen in eo, ut impuden-
tissimè adhuc negarent, ac negant
ex Christianis (Christo licet insitis)
prodire posse aliquid quod pingue-
dinem, & sanctitatem radicis illius
sapiat, qui est uita nostra Christus
Iesus. Minimè uerò id fieri per uos
Caluianos potest, qui liberum ar-
bitrium prorsus sustulistis: Quique
(proh blasphemiam inauditam) currum im-
pietatis, he-
ni aurigæ, p-
trudunt.
dentes currum impietatis) docetis
Anne

p mundo huic & proprię P voluntati nunciam remittant, temperanter, sobrie, iuste ac beatę omnem traducant vitam, spem deniq; magnam in Christum Seruatorem, viuos & mortuos iudicaturum, concipiant, æternamq; mercedem, quam Christus se diligentibus promissit, expectent. Mandamus insuper Cancellarijs, maxime ciuibz & alijs præfectis quibuscunq; fide qua erga nos tenentur, huius vt mandati seruandi fideles diligenter admoneant, transgressores serio & grauiter puniant, nostram si gratiam habere, & conseruare volunt. His in rebus omnibus iure optimo fit, & quod Deo omnipotenti placitum est, & q; pximum edificat, & q; nrę sententię ac voluntatis est. In huius rei testimoniũ, hoc decretum nostro sigillo communicare volumus. Ambergij 24. Nouembris, Anni huius manę salutis 1584.


ceterorum autem laicorum electoratum spem altissime deuorent. Quidni ergo uos Catholici, quibus legitima in subditos potestas est, ex unius Casimiri tam præclaro facinore tandem in tempore discitis, quid factu opus sit: ne quãdo illud in uos quadret. Arastis in boue & asino? Ad boues igitur, & ad asinos (ut aiunt) per ipsos hæreticos, quos habetis in precio ab equis descendetis.


Anne uerò quoniam laruam istã Euangelicorum uobis imposuistis, Repente Catholicam operum Christianorum iustitiam, & premium cœpistis agnosceret? Catholicam autem Ecclesiam hortantem, ut in ista Christianorum operum arena milites Christi desunderent iam tandem percipitis non iustitiam Iudaicę legis, sed Christi iustitiam semper docuisse? Que quidem una Ecclesia non fide tantum mortua, sed & spe, ac charitate in Christum Saluatorem & Iudicem respicit. Quare cum (scut ipsi quoq; dicitis) iudicaturus sit uiuos & mortuos, mirandum non est, si Christianis operibus Christianam à se ipso promeritam & promissam mercedem, optimus & uere Iesus Iudex & Saluator sine dubio daturus sit.


Dixit, & facta sunt. Itaq; & uos Lutherani solum uertere coacti fuistis, libero interim campo Caluianis ad tempus relicto. In quo nrę uidelicet sannis illis mordacibus inter pocula, & cantharos mirum est quãdã uos, o Lutherani, derideant.

Apostrophe ad Catholicos.









BIBLIOTEKA KÓRNICKA

14104

